

05

A

1454





12
Q.D.B.V.
DISSERTATIONUM MORALIUM
TERTIA,
DE

VIRTUTIS CAUSA
FINALI, MATERIALI SEU
AFFECTIBUS & FORMALI. Item in specie de FOR-
TITUDINE, TEMPERANTIA, LIBERALITA-
TE & MAGNIFICENTIA.

Quam
PRÆSIDE

M. SAMUELE SCHELGVIGIO;
Gurano Silesio,

Publico Eruditorum Examine sistit,

JOHANNES ANDREAS NOETHE

Wittenbergensis Saxo.

In Academiâ Patria

Add. 17 Septembr. A. S. R. M DCLXIV.

Horis matut. pomer.

IN AUDITORIO MINORI.

WITTEBERGÆ

Typis JOH. BORCKARDI.

G. M. Borckard

DISERTATIONUM MORALIUM
TERTIA
DE

VIRTVTIS CALLSA

FINALL, MATERIALI SELI

AFFECTIBUS & FORIALL Icm in pced de FOR-

TITIDINE, TEMPERANTIA, LIBERALITA-

TE & M...



M. SAMMEL...

JOHANNES...

05 A 1454

In Academia Paris

...

...

...

...

...



Adsis ô Jesu!

DE VIRTUTVM FINE, MATERIA ET FORMA,

I. Finis (α) Virtutum (β) est S. B. (γ)

α . **N**on *consumens*; sed *consumans*: non *secundarius* qualis est honestas; d. *primarius*: non *Universalis*; d. *proprius*: non *intermedius*; d. *ultimus*. Id quod cave intelligas *simpliciter*, sic enim Deus ultimus Finis est; sed *in genere operationum*.

β . Non *principaliter*; d. *instrumentaliter* operantium.

γ . Si non semper *quoad affecutionem*; tamen *quoad intentionem*: si non *quoad actum*; tamen *quoad propositum*.

II. Materia (δ) Virtutum (ϵ) sunt Affectus (ζ) qui definiuntur; Qualitates (η) in appetitu sensitivo (θ) orti, ob notitiam (ι) boni (κ) quod persequimur; & mali (μ) quod fugimus.

δ . Non *proprie*; d. *improprie* talis: non *strictè*; sed sic dicta *per analogiam*: non *in quâ*; nec *ex qua*; d. *circa quam*: nec tamen *partialis*; d. *totalis*. Unde rectè Affectus *objectum* virtutum vocantur, vel etiam *subjectum*: si non *inbasionis*; vel *predicationis*; tamen *attributionis*: si non *externum*, quod actiones sunt; tamen *internum*. Subjectum *inbasionis* seu *in quo*, est appetitus: non *ratione denominationis*; d. *ratione inessentiae propriae* consideratum: non *mediatum*; sed *immediatum*: non *secundarium* quod voluntas est; sed *primarium*.

ϵ . In *communi* seu *in genere*; non *in particulari* seu *in specie consideratarum*. Alias enim quaelibet virtus suum peculiare objectum habet circa quod occupatur.

ζ . Non spectati *materialiter*, ibi enim ad physicam referuntur; sed *formaliter*; non *scientificè* vel *in actu signato*; sed *practice* vel *in actu exercito*: nec quatenus faciunt *ad persuasionem*, ita enim eos Rhetor perpendit; sed quatenus faciunt *ad virtuosam informationem*. Notandum autem cum duplices affectus faciant, quod *primario* de simplicibus; *secundario* de compositis agamus.

D

η . Non

η. Non prima; nec secunda; nec quarta; d. tertia speciei: & quidem qualitates animi; non corporis.

θ. Hic est affectuum subjectum quo seu proximum; nam subjectum quod seu remotum est Homo. Insunt autem Affectus Appetitui immediatè; voluntati mediatè: Illi adequatè; huic inadeguate: Illi per se & originaliter; huic per accidens & participativè: Illi ratione residentie; huic ratione excitationis.

ι. Si non connatam; tamen acquisitam. Si non contemplantem seu θεωρητικὴν; tamen cognoscentem seu γνωστικὴν.

κ.κ. Bonum & Malum est objectum Affectuum materiale; formale in ipsa persecutione acquiescit. Notandum verò, quod bonum & malum hic non semper intelligatur verum; d. etiam apprens. Nunquam enim sub mali; semper sub boni specie aliquid appetitur.

III. Affectus sunt vel (λ) concupiscibiles (μ) qui ad facultatem appetitus concupiscentem; vel irascibiles, (ν) qui ad irascentem pertinent.

Illorum exempla sunt Amor, desiderium, gaudium, odium, fuga, tristitia. Horum spes, desperatio, timor, ira.

λ. Secundum partitionem generalem, ratione subjecti; non specialem, quæ ab objecto petitur. Ratione fundamenti; non formalitatis.

μ. Ubi non concupiscentia spiritualis; d. naturalis intelligitur. Quando verò Plato inquit; concupiscentiam adversari rationi, ea Thesis non est absoluta; d. respectiva: Quia concupiscibilis & irascibilis appetitus non eadem; d. diversa facilitate se rationi subjicit: facilius ira; difficilius concupiscentia: Cum illa sit magis spiritualis; hæc magis corporalis.

ν. Ira dicuntur non essentialiter; d. accidentaliter: non remotivè quod solam iram complectantur remotis reliquis; d. positivè, quod omnes illos affectus comprehendant, qui propter spirituales naturam iræ vehementissimo inter hos affectus assimilantur. Denominatio vocabuli Platonis est; acceptio nostra.

IV. Ad Affectus referuntur voluptas & dolor (ξ)

ξ Non propter essentie identitatem omnimodam; d. analogicam. Non quod sint peculiare affectuum species; d. quod sint affidui comites.

V. For-

V. Forma (σ) virtutis (π) est mediocritas (ρ)

σ . Non proprie; d. improprie sic dicta: Non essentialis; d. accidentalis: Non intrinseca; d. extrinseca: Non perquam; d. ad quam
 π . non relate ad se; d. ad nos: non ratione objecti; d. ratione circumstantiarum.

ρ . Non participationis; vel negationis; d. proportionis. Non rei; d. persona.

PORISMATA.

I. Non omnis actio est bona (σ) eius finis (τ) est bonus.

σ . Bonitate morali; non transcendentali: Ethicâ; non Physicâ.

τ . Quia finis partialem; non totalem bonitatem innuit. Tria enim requisita sunt bonæ actionis, bona intentio, objectum honestum & media licita. Bonus ergo finis, debet bonis mediis institui; non destitui.

II. Affectus (υ) sunt indifferentes (ϕ)

υ . Considerati in se & sua naturâ; non in subjecto: in simplicitate; non in compositione: moraliter; non naturaliter.

ϕ . Ratione sui; non ratione medi; extra applicationem; non in applicatione.

III. Affectus sequuntur (χ) temperamentum (ψ) corporis.

χ . Non ex toto; d. ex parte: non coactione; d. inclinatione; non ratione moderationis; d. ratione originis.

ψ . Non ut causam adequatam; d. inadequatam: non ut principalem; d. ut minus principalem.

IV. Affectus hominum sunt vehementiores (ω) quam Brutorum ($\alpha\alpha$)

ω . Non tamen vehementia insuperabili; d. superabili.

$\alpha\alpha$. Unde videmus Affectus in Bruta cadere: si non omnes; tamen plurimos: si non ut boni vel mali; tamen ut sic: si non ratione cohibitionis; tamen ratione formalitatis. Nam in Brutis cohibentur Affectus moderamine improprie; non proprie tali: violento; non voluntario.

V. Affectus vincere ($\beta\beta$) optima est victoria.

D 3

$\beta\beta$ ar-

β.β. Armis practicis; non theoreticis: intrinsicis; non extrinsecis: mentis; non corporis.

DE VIRTUTIS DIVISIONE, ET IN SPECIE DE
FORTITUDINE.

I. Virtus (α) est vel (β) perfecta, vel imperfecta, vel perfectissima.

α. Moralis; non spiritualis: Ethica; non Theologica. Theologicae hæ virtutes, non augent virtutum numerum; sed vel ad ipsas has vel ad affectus si non simplices; tamen compositos referuntur.

β. Non attenditur hic divisio naturalis, quæ vel ratione honoris à perfectissimâ virtute ad perfectam & hinc ad imperfectam progreditur; vel ratione ordinis ab imperfecta ad perfectam, & hinc ad perfectissimam procedit: d. unicè respicitur divisio doctrinalis, quæ methodo voluntariâ; non necessariâ mensuratur. In genere notamus, quod inter has virtutum classes sit differentia gradualis, non specificæ.

II. Virtus perfecta (γ) vel versatur circa sensus corporis (δ) ut Fortitudo & Temperantia, vel circa pecuniam (ϵ) ut Liberalitas & Magnificentia; vel circa honores (ζ) ut Magnanimitas & Modestia; vel circa iram (η) ut Mansuetudo: vel circa conversationem (θ) ut virtutes Homileticæ; vel circa contractum (i) ut Justitia.

γ. considerata ratione objecti; non subjecti: in relatione ad seipsam; non ad nos vel alios.

δ. non saltem quoad externa; d. & quoad interna: non in actu signato; sed in actu exercito: non contemplativè; d. activè.

ε. non tam accipiendam; quam expendendam.

ζ. non saltem appetendos; d. & rejiciendos: non saltem in respectu ad honorem; d. & honorantem.

η. mitigandam; non augendam: remotivè; non positivè: ratione hominum; non ratione vitiorum.

θ. moralem; non spiritualem: absolutè; non respectivè quod amicitiae competit.

i. tam relatum ad nos; quam ad alios: tam commutativum; quam distributivum.

III. For-

III. Fortitudo (κ) est virtus, quæ mediocritatem servat circa (λ) metum (μ) & fiduciam, (ν) in malis (ξ) sustinendis (\omicron) & aggrediendis (ϖ)

κ . Non *naturalis*, seu *Physica*; d. *moralis* seu *Ethica*: non *corporis* d. *animi*: non sic dicta *abusivè* & *ex sententia vulgi*; d. *competentim* & *ex sententia veritatis*.

λ . ubi insinuatur *objectum externum*; non *internum* quod affectus sunt. Debet autem utrumq; sumi *conjunctim*; non *disjunctim*.

μ . tq. *objectum principale*; non *minus principale*. Intelliguntur autem per metum *terribilia quæ sunt secundum hominem*; non *quæ sunt supra hominem*; aut *infra hominem*. Quippe illa *rectè*; hæc *pueriliter* metuuntur.

ν . Si non ut *objectum primum*; tamen ut *objectum secundarium*: si non *semper fiduciam ordinariam*; tamen *extrordinariam*: si non *semper respectu auxiliij humani & terrestri*; tamen *auxilij divini & cælestis*.

ξ . *pœnæ*; non *culpæ*: *contestandis*; non *detestandis*: cum *causa est extra nos*; non cum *est intra nos*. Huc refertur *mors ipsa*: non *fortuita*; d. *spontanea*. Non *inhonesta*; d. *honestæ*. Non *coacta*; d. *libera*: si non *ratione status presentis*; tamen *ratione status præteriti*. Hæc mala vero sunt fortitudinis *subjectum*: si non *subjectum quod*; tamen *subjectum quo*.

\omicron . Hic à Fortitudinis *Materiâ*, descendimus ad *Formam*: si non *generalem*, qualis est *mediocritas*; tamen *specialem*.

ϖ . non *temere*; d. *consilio*: non *cyclopicâ imprudentiâ*; d. *Ul. sive Prudentiâ*.

IV. Fortitudo (ρ) est vel *togata* (σ) vel *sagata*. Hæc bellis illa pacis tempore claret & subdividitur in *Politicam* & *Oeconomicam*. Refertur huc *Patientia* & *Sedulitas* (τ)

ρ . *vera*; non *apparens*, qualis est fortitudo *civilis*, *militaris*, *iracunda*, *fiduciaria*, *insciantia*, quarum nonnullarum nudum saltem *nomen honestum est*; *res inhonestæ*.

σ . quæ quidem *clara est in se*; non autem *tam clara ac fortitudo sagata*. Divisio ergo hæc est *Analogica*; non *Univoca*.

τ . Hæc

r. Hæ equidem virtutes sunt; d. non virtutes à fortitudine
distinctæ. Discrepantia nominalis est; non realis.

V. Fortitudini opponitur in excessu Audacia(v) in defe-
ctu Timiditas [φ]

v. propriè; non impropiè talis, uti nonnunquam ipsam animi
præsentiam designat: Neq; tamen nimis stricte sumta, quatenus te-
meritati contradistinguitur; d. cum aliquâ latitudine, quatenus o-
mnem timoris vacuitatem in genere designat.

φ. non earum rerum quæ sunt supra hominem; d. quæ sunt in-
fra hominem; non rerum caelestium; d. rerum terrestrium: non timi-
ditas necessaria; d. contingens.

PORISMATA.

I. Vir fortis fit quadratus (χ)

χ. non ut lapis; d. ut homo: non saltem in prosperâ; d. & in
sinistra fortuna: non saltem in statu Politico; d. & in statu Oecono-
mico & domestico.

II. Mors (ψ) Forti vita altera est.

ψ. honesta; non inhonesta: in pralio; non in lecto: pro patriâ;
non pro maleficiis perpessa.

III. Fortitudo cadit in foeminâs (ω)

ω. si non ordinario; tamen extraordinario modo se habentes:
si non ut Fœminæ sunt; tamen ut viris assimilantur: si non ceu sub-
jecto virtutis hujus primario; tamen secundario.

IV. Fortes non sunt qui violentas sibi manus inferunt.

(αα)

αα. Secundum rem; utut tales videantur secundum apparentiam:
in foro Christiano; quamvis fortes habiti sint in foro Ethnico. Valet
Porisma de factis communibus; non de factis Samsonis singulari: Mo-
raliter; non spiritualiter.

V. Monomachia [ββ] non innuit Fortem.

ββ. Illicita; bene tamen licita: ob bonum privatam; bene
tamen ob bonum publicum suscepta: instituta ad vindicandam in-
juriam: bene tamen ad salutem patriæ: à Magistratu interdicta; be-
ne tamen à Magistratu concessa.

VI. For-

VI Fortis non est qui membra per Magiam ($\gamma\gamma$) induit
rat ($\delta\delta$)

$\gamma\gamma$. Si non *prestigiatoriam*; tamen *effectoriam*: si non *directam*;
tamen *indirectam*: si non *explicitam*; tamen *implicitam*.

$\delta\delta$. ex *judicio veritatis*; licet talis sit ex *judicio vulgi*: ratione *me-*
diorum; licet talis sit *ratione effectuum*.

VII. Fortitudini non repugnat Fuga ($\epsilon\epsilon$)

$\epsilon\epsilon$. Intellige *fugam Consilij*; non *formidinis*: *honestatis*: non
timiditatis: *salutarem*; non *damnosam*. Si non ex *judicio fortitudinis*
apparentis; tamen *fortitudinis verae*: Magnum enim discrimen est in-
ter *fortem & pugnacem*.

DE TEMPERANTIA PRÆCEPTA.

I. Temperantia (α) est virtus quæ mediocritatem ser-
vat circa voluptates (β) quæ tactu & gustu (γ) percipiuntur

α . non *accepta improprie* quatenus belluis adscribitur; d. *pro-*
prie: \bar{o} *abusive*, uti De γ denominatur temperans; d. *competentim*: non
generaliter pro omni virtute uti Cicero accepit L. s. de finib. d. *spe-*
cialiter: non *naturalis*; d. *moralis*: non *coacta*; d. *libera*.

β . *corporis*; non *animi*: *inhonestas*; non *honestas*: *determinate*
circa tales vel tales; non *indeterminate* circa omnes. Innuitur au-
tem hic Temperantiæ *objectum primum*; non *secundarium*, quod
dolor est: magis enim Temperantia sollicita est *circa presentia*;
minus *circa prætèrita & futura*.

γ . in genere notandum, non intelligi hic *gustum & tactum*
naturale; d. *voluntarium*: non *necessarium*; d. *inanem*: non *communem*
cum Brutis; d. *proprium*: non *liberalem*; d. *illiberale*. In specie vero ob-
servetur quod Temperantia *primario* occupetur circa tactum; *se-*
condario circa gustum. Tactum diximus, non *qui in toto corpore*
percipitur; d. *qui percipitur in corporis parte*: non *qui prodit ex*
fricatione; d. *ex inhonestatitillatione*. Quod attinet inter reliquos
sensus auditum; potest & ille peccare hac in parte, ut cum audien-
do lascivas cantiones incitatur ad rem Venerem: d. hoc non *per*
se fit; verum *per accidens*.

E

II. Tem-

II. Temperantiæ species [δ] duæ sunt, Frugalitas [ε] & Castitas. (ζ) Illa temperat (η) voluptates in nutrimento: (θ) Hæc in Venere. (ι)

δ. non *Univoca*; d. *Analogica*. Proximus enim Temperantiam attingit Castitas; remotius Frugalitas.

ε. non *nimia*; d. *competens*: quæ scilicet debitas circumstantias observat ratione *honestatis, existimationis, decori, modi, valetudinis & sumtuum*.

ζ. non *ficta*; d. *vera*: non *coacta extrinsecis*; d. *intrinsecis repagulis*: non solum *virginalis*; d. & *vidualis & maritalis*.

η. non *naturaliter*; d. *moraliter*: non *moderamine Physico* seu *Theoretico*; d. *Ethico* seu *Practico*.

θ. non tam ratione *Quantitatis*; quam *qualitatis*: non *respectu Subjecti*; d. *ratione decori*.

ι. non *formaliter* sumtâ hac voce, qt. notat fictitiam Deam Gentilium; d. *materialiter*.

III. Frugalitas distinguitur (κ) in Abstemiam [λ] & Sobrietatem (μ) Illa est frugalitas in cibo, hæc in potu.

κ. Non tam *divisione*; quam *subdivisione*: Fundamine sumto non à *subjecto*; d. *ab objecto*.

λ. quæ nobis sumitur *determinatè*, quatenus refertur ad solum cibum; non *indeterminatè*, qt. etiam pro mediocritate Veneris vel potus sumitur. Circumstantiæ tamen non *excluduntur* d. *includuntur*.

μ. non *generaliter* hæc vox accipitur, pro ipsâ etiam abstinentiâ; d. *specialiter*, qt. abstinentiæ contradistinguitur.

IV. Temperantiæ opponitur in excessu intemperantia (ν) in defectu stupiditas. (ξ) Castitati in excessu Libido, (ο) in defectu Monachatus. [ϖ] Abstemitiæ in excessu voracitas, [ϑ] in defectu inedia (σ) Sobrietati in excessu Ebrietas, in defectu sitis (σ)

ν. non *in re quâlibet*; d. *præcise voluptatibus* circa tactum & gustum.

ξ. non *naturalis*, quatenus significat ingenij tarditatem & amentiam

mentiam d. *moralis*: neq; tamen qt. notat *duritiem in perferendis malis*; d. *in fugiendis voluptatibus*: si non *temerariis & illicitis*; tn. *necessariis & licitis*.

o. non saltem in *rebus*; d. & in *verbis & gestu*: cum hæc *externa*, ut plurimum sint *indicia internorum*.

ω. non quod hic Monachos rejiciamus *simpliciter* in omnibus; d. *secundum quid*, in *nimiâ & coacta abhorrentia à Venere*. Monachus à nobis consideratur *qualis est*; non *qualis esse debet*: ratione *status hodierni*; non ratione *status primævi*: quoad *destitutionem*; non quoad *institutionem*.

ρ. non *necessaria*, pro quantitate subjecti; d. *non necessaria* quæ ratione subjecti modum non servat.

σ. σ. non in *actibus imperatis*; d. *elicitis*: non *coacta*; d. *spontanea*: non in *casu necessitatis*, d. in *casu libertatis*.

PORISMATA.

I. Temperantia [τ] prolongat (υ) vitam [Φ]

τ. Non quæ in *verbis* est; d. in *rebus*: non in *gestu*; d. in *opere*: non *interna*; d. *externa*.

υ. non ut *medium principale*; d. *instrumentale*: non *contra voluntatem*; d. *secundum voluntatem divinam*.

Φ. non quoad *vite terminum absolutum*; d. *conditionatum*: non ratione *potentiæ divinæ absolutæ & extraordinariæ*; d. *ordinariæ*.

II. Conviviis (χ) interesse sobrietati non repugnat.

χ. *honestis*; non in *honestis*. Monendum hic est discernenda esse *Convivia à comotationibus: conversationem*; à *conversationum excessu*: quæq; *fieri debent*; ab *ijs quæ vulgo sunt*.

III. Ebrietas (ψ) non cadit in virum bonum.

ψ. considerata quoad *vitiosum habitum*, cum dicitur *Ebrietas*; non quoad *simplicem actum*: secundum *proeresin*; non *citra proeresin*: quoad *poculum insanie*; non *hilaritatis*.

IV. Ebrietas [ω] non excusat delicta (αα)

ω. quatenus notat *habitum*; non *nudum actum*: quatenus *ex proposito*; non *ex improvise* contrahitur.

αα. *ex toto*; bene tamen *ex parte*: præfectim si *facti pœniteat*;

non si non peniteat. Distinguenda quoq; hic sunt *delicta majora*; & *minoribus*: *realia*; à *verbalibus*.

V. Saluti potatio licita est. [ββ]

ββ. In poculo necessitatis, sanitatis & hilaritatis; non insania & ebrietatis: libera; non coacta: quatenus habetur pro signo reverentia; non pro officio pietatis: quoad usum; non quoad abusum.

VI. Castus potest ducere choreas. (γγ)

γγ. Non solum *religiosas* qualium habemus exempla Ex. 15. v. 20. 2. Sam. 6. v. 14. d. & *profanas*: non solū *solitarias*, quales erant *Lacedæmonior*; d. & *socias*. Si non *inhonestas*, *intempestivas* & *immodestas*; tamen *honestas*, *tempestivas* & *modestas*: si non *superstitiosas*; tamen *jocosas*: si non propter *qualitatē originis*; tamen *proprie formalitatis*.

VII. Oscula (δδ) sunt concessa.

δδ. Si non *adulationis*, *simulationis* & *proditionis*; tamen *comitatis*, *candoris* & *amoris*; si non *impudica*; tamen *pudica*. Valet hoc porisma non solum de *osculis obedientie*, *honoris*, *clementie* & *reconciliationis*; d. etiam de *osculis mutui affectus* testibus.

VIII. Lupanaria non sunt perferenda (εε)

εε. In *Rep. Christiana*. Nam quod factum est in *Rep. Ethnica* nil nos moramur. Unde *concessionem Lupanarium* factam à *Magistratu*, qui prohibere potest, *damnamus simpliciter*: *conniventiam Magistratus* in casu dubio, *improbamus secundum quid*: non enim propter *bonum apparenter tale*, aliquid derogandum est *bono revera tali*

DE LIBERALITATE ET MAGNIFICENTIA

I. Liberalitas (α) est virtus quæ mediocritatem servat circa sumtus minores (β)

α. Habuimus virtutes, quæ promoverunt *honestatem erga nos*; sequuntur quæ eam promonent *erga alios*. Prima est Liberalitas, non *ratione methodi necessaria*; d. *arbitraria*. Sumitur nobis Liberalitas non *abusive*; vel *pronativa facilitate*; l. *pro forme ingenue elegantia*; vel *pro eo quod fit libere*, vel *pro virtute* quæ omnes sumtus moderatur, ubi *Magnificentiam* includit; d. *competentim* pro virtute *Magnificentia* contradistincta.

β. Alle

β. Allegatur hic Liberalitatis *objectum externum: internum*; ipse a morum nummi est: non *augendus*; d. *contrahendus*. Sumtus autem non indigitant in *specie nummum tantummodo signatum*, qui *ex instituto hominum estimatur*; d. *ingerere* qualvis facultates (si non *natura*, tamen *fortuna*) etiam quæ *sine instituto computantur*. Hæ considerantur h. l. dupliciter: *primario*, ratione *ερησως*, largitionis & erogationis; *secundario* ratione *ησως*, acquisitionis & conservationis, Quod attinet facultates seu sumtus expendendos, hic Liberalitas considerat quinq; (i) *Personam*, quæ l. *dat*, l. *cui datur*. Dare *principaliter*; accipere *minus principaliter* Liberalitati convenit. Damus a. non *intentione mala*, ut recipiamus; d. *intentione bona*: non *gloria aut quæstus*; d. *honestatis gratia*: non de divitiis *inhonestè*; sed *honestè* partis. Datur *digno*; non *indigno*: *bono*; non *malo*: *noto*; non *ignoto*. (II) *Quantitatem*, ut demus *de bonis abundantia*; non *necessitatis*; ne *egeamus*; non *ut egeamus*: *cum proportione*; non *sine proportione*. (III) *Qualitatem*, ut *beneficia profint*; non *ut obsint*. (IV) *Tempus*, ut demus *sine mora*; non *cum mora*. (V) *Locum* qui monet, ut *beneficia honestatis fiant in loco publico*; *egestatis in privato*. Quod è contrario concernit *sumtus accipiendos*; hic attendit Liberalis ut accipiat *medijs licitis*; non *illicitis*: per *laborè*; non per *fœnora*: à *divite*; non *ab egente*: ab *augusto*. non ab *angusto*. Certum verò est circa accipiendum occupari Liberalem: si non *ex sententia vulgi*; tamen *ipsius veritatis*: si non *absolute*; tamen *comparate*.

II (γ) Ad Liberalitatem pertinent (γ) Beneficentia (δ) Hospitalitas (ε) & Parsimonia [ζ]

γ. Non ut *species adequatæ*; d. *inadequatæ* ò ut inter se opposita; d. *subordinata*: non semper *realiter*; d. nonnunquam *nominaliter* distinctæ. δ. quæ non solum, notat *gratificandi affectum*, ut *Benignitas*; d. *simul effectum*. Exercetur verò imprimis erga pauperes: unde tunc speciali nomine largitio Eleemosynæ nuncupatur: si non *in foro Philosophico*; tamen *Theologico*.

ε. *Decens*; non *indecens*: quæ requisita superius adducta *observat*; non autem *negligit*. Consistit illa in tribus: in *hospitibus excipiendis*, *tractandis* & *dimittendis*.

ζ. Non *serditiei*; d. *frugalitatis*: non *in sensu latiori*; d. *strictiori*.

III. Liberalitati opponitur in excessu Prodigalitas, (η) in defectu Avaritia. [θ]

η . Non modo *simplex*, quæ excedit in dando; d. & *mixta*, quæ aliis aufert id, quod inhonestè dein expendit.

θ . Non saltem *instatu disjunctionis* considerata, quæ deficit in dando; d. etiam in *statu conjunctionis*, quatenus cum aliis vitiis concrefcit & modum excedit in accipiendo.

IV. Magnificentia [ι] est virtus, quæ mediocritatem servat circa sumtus majores [κ]

ι . Non sumta voce *improprie* quat. vel Rectoribus Academicis vel consiliariis &c. tribuitur: d. *proprie*, prout constituit distinctam à Liberalitate virtutem: si non *distinctione specificâ*; tamen *graduali*.

κ . Hi absolvunt Magnificentiae *objectum externum*; *internum* autem cupiditates sunt vel sumtum, vel largitionum. Consistit Magnificentia non *in accipiendo*; d. *in dando*: non *in corradendo*: d. *in erogando*. Cæterum Magnificus sumtus facit *non quocunque modo*; d. *modo decoro*: non *inutiliter*; d. *utiliter*: non *ostentationis*; d. *honestatis gratiâ*: non *coactus*; d. *sponte*: non *parcè*; d. *largiter*: non *in quot idiana*; d. *rara opera*: sive sint *publica*; sive *privata*: sive *sacra*; s. *profana*, sive sint *res* ut palatia, templa; sive *personæ*, quæ donariis honorantur.

V. Magnificentiae opponitur in excessu Luxus (λ) in defectu sordities (μ)

λ . Non *gula*; d. *pecuniæ*: non *generaliter*; d. *specialiter* sumto vocabulo. Sive Luxus ille *ratione formæ*, peccet contra decorum; seu *ratione finis* ostentationis gratia suscipiatur; seu *ratione materiae*, magni sumtus fiant cum minores sufficiunt: id quod accidit non semper *ex animo vitioso*; d. nonnunquam *imperito*; quando vitium non oritur ex *prava dispositione* peccantis; d. ex *mala ejus institutione* μ . non *corporis*; d. *animi*: non *externa*; d. *interna*.

PORISMATA.

I. Liberalitas [ν] non est contra naturam hominis. (ξ)

ν . *mediocris*; non *nimia*: quæ exercetur ex *bonis abundantibus*; non *necessitatis*. ξ . Loquimur de *specie*; non de *individuo*: de homine

ne considerato *per se*; non *per accidens*: quat. suæ naturæ *relinquitur*; non quat. pravis affectibus *impeditur*.

II. Pauper potest esse Liberalis (o)

o. valet de *aptitudine*; non semper de *actu*. Judicatur enim tunc Liberalitas *ex fundamento intrinseco*; non *extrinseco*: *ex affectu*; non *ex effectu*: *ex benignitate*; non *ex beneficentia*: *ex qualitate*; non *ex quantitate*.

III Liberalis raro ditescit (ω)

ω. Intellige *modo ordinario*; non *extraordinario*; de *difficultate* non de *impossibilitate*.

IV. Non est dandum ut accipiamus (e)

e. Hoc enim est *vitiosum*; non *virtuosum*: exigitur à *quæstu*; non ab *honestate*.

V. Contractus & mercatura (σ) non opponuntur Liberalitati.

σ. Considerata *per se*; non *per accidens*: *honestæ*; non *inhonestæ*: *concessa*; non *inconcessa*; Præprimis autem distinguatur; inter *abstractum* & *concretum*: inter *mercaturam*; & *Mercatorem*: *Hujus vitia* non adscribenda sunt illi; *abusus* enim non tollit *rei usum*.

VI. Magnificus facit sumtus [τ] bene, recte & utiliter (υ)

τ. Non *parvos*; d. *magnos*: non saltem in operis *exordio*; d. & *exodio*: non tamen *immodicos*; d. *modicos*.

υ. Non *gratiâ utilitatis private*; d. *publicæ*: non *utilitatis cujuscung;*; d. *proportionatæ* in respectu ad sumtus.

VII. Magnificus magnafacit ex propriis (Φ)

Φ. *Alienis* enim adscribitur quod fit *ex alienis*. Unde qui magna *ex alienis*; non *propriis* molitur, *finem* bonum assequi conatur *per inhonestæ media*.

IIIX. Ædes magnæ (χ) commendant (ψ) Magnificum.

χ. Non *magnifici*; d. *alterius*: non *commodi privati*; d. *ornatus publici* gratia erectæ.

ψ. Non quod *magnificentiam conferant*; d. *illustrent*: non *constitutivè*; d. *consecutive*.

DEO GLORIA.


*Ad Praestantissimum Dn. Respondentem
Amicum Optimum.*

MATERIAM laudis sequeris, FORMAMQUE Dearum
Limpidus Aëniæ quas alit humor aquæ.
Erga almas quam sis literas AFFECTUS & artes
Non opus est verbis; pagina scripta docet.
FORTITER *Excessus*, Tu, *Defectusque, malorum*
Evitas barathrum. **TEMPERAT** acta Deus.
MAGNIFICE de Te sentit cui Magna probantur:
LIBERA cui mens est Te cupit esse suum.
Provehet, & quicquid cœpisti **FINE** beabit
Is qui **FINE** suo principioque caret.

*Id quod Juveni politissimo precatur ex animo.
& scripto testari debuit M.L.g.*

PRAESES.

F I N I S.




05 A 1454

ULB Halle
003 777 774 3







Q.D.B.V.
DISSERTATIONUM MORALIUM
TERTIA,
DE
VIRTUTIS CAUSA
FINALI, MATERIALI SEU
AFFECTIBUS & FORMALI. Item in specie de FOR-
TITUDINE, TEMPERANTIA, LIBERALITA-
TE & MAGNIFICENTIA.

Quam
PRÆSIDE

M. SAMUELE SCHELGVIGIO;
Gurano Silesio,

Publico Eruditorum Examine sistit,
JOHANNES ANDREAS NOETHE
Wittenbergensis Saxo.

In Academia Patria

Add. 17 Septembr. A. S. R. M DCLXIV.

Horis pomer.
IN AUDITORIO MINORI.

WITTEBERGÆ
Typis JOH. BORCKARDI.

Gr. M. B. B. B.